

nocturno de prima sede, ultima cum neuma. Primum A (33) ; et duæ ad Completorium, prima cum neuma, responsoriū per omnes ferias de prima sede, secundum responsoriū de secunda sede, et tertium responsoriū de majori sede.

Per omnes ferias antiphonæ de Laudibus de prima sede.

Omnes antiphonæ de feriis et trium lectionum festis, de Nocturnis, Laudibus, Horis, Vesperis, et Completoriorum sunt de prima sede, exceptis antiphonis *Benedictus* et *Magnificat*, [add. et *Nunc dimittis*] quæ de majori sede incipiuntur, et cum neuma finiuntur; ultima de Nocturnis et ultima de Laudibus, et omnes antiphonæ de Horis cum neuma, excepta soia antiphona *Deus exaudi*, quæ est sine neuma

(33) Nunc cum neuma dicitur.

ultima sine neuma finiuntur.

In Sabbatis.

In Sabbatis usque ad Adventum Domini fiat servitium de Sancta Maria, nisi festum novem lectiohūm, vel octavae solennes, vel Quatuor Tempora bis diebus evenierint; propter festa trium lectionum non dimitatur, et Vesperæ sextæ seriae sint de beata 184 Maria, hoc modo : Ant. *Gloriosa genitrix*, Psal. *Confitebor*, et ceteri psalmi de dic, etc.

Ad Matutinum.

Nonum responsoriū duo (in superpelliciis) de majori sede

BENEDICTIO CHRISMATIS

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI.

(Ex Ordinario ms. ecclesie cath. Rotomag. et Biblioth. Bigotianæ.)

Duodecim presbyteri suburbani cum decano Christianitatis sint parati cum archiepiscopo cunctis sacerdotalibus vestimentis, a quibus chrisma et oleum cum archiepiscopo consecratur; et plures hostie in hac die consecrantur de quibus in crastinum communicetur, et ipsæ hostie qui remanserint honorifice post missam reserventur. Post Sanctus vadant duodecim presbyteri urbani revestiti omnibus indumentis sacerdotalibus cum decano Christianitatis per ostium sinistram partis chori ad capellam Sancti Joannis pro oleo infirmorum, et redeant in choro per magnum ostium. Quo consecrato reportetur in locum suum. Et dicatur *Te igitur, clementissime, usque Per quem haec omnia, Domine, semper bona crea.* Hic duodecim presbyteri cum sex diaconis et sex subdiaconis (54), et sex clericis de prima sede, quorum duo duas cruces ferant, et alii duo duo thuribula, et alii duo duo candelabra 185 inter duas cruces. Plures presbyteri revestiti christiale oleum ferant, et inter duo thuribula alii presbyteri oleum catechumenorum ferant, et ita processio ordinata exeat per sinistrum ostium chori, et eat ad capellam Sancti Joannis, et redeat ante majus altare per medium chori, et positum sit super processionem unum pallium quod portent quatuor presbyteri, et duo diaconi revestiti [cassis albis] cantent hos versus ante processionem *O Redemptor, sume carmen.* Et respondeant sequentes cum stola : *O Redemptor.* Interim dum corporis et sanguinis

(35) Id est, decanus curatorum orbis.

B Domini consecratio fiet, decanus Christianitatis (35) revestitus ampullam olei infirmorum coram altari teneat, quam præsentet archiepiscopo, et archiepiscopus cum duodecim presbyteris dicat : *Exorcizo te, ita ut ab illis audiatur. Sequitur Emitte, Domine, Spiritum paracletum de celis.* Finito *Pater noster*, archiepiscopus cum duodecim presbyteris cathedram episcopalem retro altare ascendat, et tunc ordinentur circa eum duodecim presbyteri, crucis, candelabrum, et thuribula. Hoc finito, archiepiscopus vertat se ad orientem, et intret in consecrationem principalis chrismatis, et primo misceat balsamum cum oleo, deinde ter halet, et dicat : *Exorcizo te, creatura olei.* Deinde alta voce : 186 *Per omnia secula seculorum. Amen.* Prefatio : *Qui in principio inter cetera.* Hoc finito, archiepiscopus nudum chrisma sic salutet : *Ave, sanctum chrisma, ter.* Similiter alii sacerdotes salutent sic. Hoc finito, olenra benedicatur : *Exorcizo te, creatura olei.* Alia oratio : *Deus incrementorum.* Hoc finito, archiepiscopus nudum oleum sic salutet : *Ave, sanctum oleum, ter.* Similiter et alii sacerdotes salutent sic. Hoc finito reportetur chrisma et oleum sanctum ad locum in quo dividi debet, diaconis cantibus in redeundo sicut in eundo, processione ordinata sicut venerat, ceteris respondentibus *O Redemptor.* Hoc finito, archiepiscopus lavet manus suas, et dicat *Per omnia secula seculorum. Amen. Pax Domini sit semper roboscum, etc.*

(34) Haec non observantur in Ecclesia Rotomag.

SEQUUNTUR QUÆDAM NOTATU DIGNA,

Excerpta ex eodem ms. Ordinario ad usum cathedralis ecclesie Rotomagensis.

(Ex eodem ms. Bigot.)

MANDATUM, SEU LOTIO PEDUM,

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI

Post prandium, Mandatum pauperum fiat, et Mandatum clericorum ita celebretur. Dominus archiepiscopus induitus alba cum diacono et subdiacono, et ceroferariis, ad navim ecclesie vergant, et Dominico

D 187 exemplo Mandatum faciant, et quantum placeuerit ex majoribus in albis pedes ceterorum lavent. Et debet dominus archiepiscopus facere distribui cilibet canonico præsenti et custodi vestiarii unum linteum (Gallice *devantel*), unam concham (Gallice *gatte*), unam ollam terræ, unum scyphum de salice, et habeat cilibet canonicus unum clericum de præ-